

**Augustus Varenius D. ... Universitatis Rostochiensis Rector ad Exequias quas ...
Virginis Annae Mariae Baumaninn/ exanimo nunc Corpori ... in Templo Mariano
solemnes parant ... Omnium ordinum Cives Academicos, ea qua, fas est,
autoritate & humanitate convocat**

Rostochii: Kilius, 1669


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74683814X>


Druck Freier  Zugang




Varenivs, A.,
in **A. M. Baumann.**
R. 1669.

81







71.
AUGUSTUS VARENIVSD.

Serenis. Ducum Mecklenburgicorum Con-
sistorii Assessor, & Professor Theologus, h.t. Uni-
versitatis Rostochiensis RECTOR

ad Exequias

quas

Virtute, genere, atate florentissima & fulgidissimaq;
nuper VIRGINIS



ANÆ MA-
RIÆ Baumaninn/

ex animo nunc Corpori

Nobilissimi Cognati,

Hora med. II. postm. in Templo Mariano solennes parant
quasque frequentia ac celebritate Optimorum coho-
nestari exoptant

Omnium ordinum Cives Academicos, eâ
quâ, fas est, autoritate & humanitate
convocat.

Apoc. XIV. 4.

VIRGINES sunt & sequuntur agnum, quocumque irit.

Act. XXI. 9.

Philippo Evangelista erant quatuor Filia prophetantes.

ROSTOCHII,

TPPIS JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. ANNO 1669

Quid, sive dicturo, sive scripturo ad tumulum, commem-
 morandum præcipue, quave lege sermo funebris cum iudicio dis-
 ponendus sit, pulchrè Gregorius Nazianzenus à Θεολόγος
 quique solus ferme Patrum Græcorum scripsit & καὶ ἁλὸν, &
 ἀπὸ τῆς ἑξῆς, in Oratione, quâ Patri Episcopo ipse Filius Episcopus parenta-
 vit, sequentibus sententiis expressit: *Primùm, defunctus ob virtutem est lau-
 dandus, non solùm ut puro puram orationem instar cuiusdam muneris funebris inse-
 nas: sed etiam, ut illius vitæ rationem tanquam pietatis formam cum admonitione
 proponas. Deinde de vitâ & morte, de duobus mundis, uno fluxo & fragili, altero
 sibi constante & permanente paucis differendum, persuadendumq; Auditoribus vel
 Lectoribus est, ut alterum quidem inconstantem, in quo velut in alto pendemus & flu-
 duamus, ipsamque illius inconstantiam contemnunt, ad alterum autem, qui firmus &
 stabilis qui divinus semperque sui similis est, omni perturbatione & confusione
 vacans totos nos adiugamus. Ita enim futurum, ut illi qui prius hinc excesserunt
 minus nobis mœroris sint allaturi, imò etiam letitiâ nos affecturi, si sc. Oratio nos hinc
 abductos sursum collosaverit, nobisque persvaserit, quod ipsi quoque ad bonum
 Dominum properemus, habitationemq; præsentis peregrinatione meliorem præstan-
 tioremque sortituri simus, cum migratio ad alteram vitam iis qui huius vitæ procellis
 agitantur idem sit quod navigantibus portus tranquillus, & sicut qui longum iter
 priores confecerunt, minus difficultatis ac molestiæ habent, quàm qui adhuc iter faci-
 unt atq; in labore versantur, ita longè melior illorum conditio sit, quàm ad illud hospitium
 iam pervenerunt, quàm qui sinusum adhuc & præceptis huius vitæ iter emetuntur*
 Cum igitur præsens Nobilis & florentissimæ nuper Virginis ANNÆ MAR-
 RIÆ exequiis dictus sit dies, quo quicquid illa v. Id. Jul. paulo ante Orientem
 solem, in ipso ætatis flore, anno sc. mortalis vitæ XIX. nondum absoluto, ad
 cœlestem patriam potiori sui parte evocata, caducum resolvendumq; reli-
 querat, solemni ceremoniâ tumulo componatur, impositumq; nobis, ne tacitum
 VIRGINIS undiquaq; fulgidissimæ funus prætermittatur, non aliâ, quàm
 Gregorianâ illâ lege, nunc parentabimus, daturi operam, ne Beatæ ANNÆ
 MARIE in quâ contemplari licuit pulcherrimam VIRGINIS effigiem meliùs
 expressam, quàm penicillis Apellis, aut cœlo Lyssippi, memoriam, ulla faciliè obli-
 teret oblivio, ipsisque Virginibus, ex præsentis VIRGINIS funere desit exemplû
 & imitatio, nobis autem in commune in hac mortalitate immortalitatis ac
 beate æternitatis festiva lætissimaque meditatio. Quocirca, splendidis licet,
 majorum imaginibus, commemorandisque natalibus nunc non immorabi-
 mur. Satis ad familiæ honorem Nostræ quod JOHANNES proavo, NICO-
 LAO, avo, MARTINO BAUMANNO, Patre Viris quondam literatissimis &
 Cœtibus Wisnaria primariis ex ANNA MARIA MARSTALLER, Ma-
 tre nobilissimâ, parentibusque adeò honestissimis ac progenitoribus floren-
 tissimi.

tissimis anno c^o l^o l^o d. XXV. Novembr. *Visuariae* edita fuerit. Satis ad familiæ
 dignitatem Beatæ, quod BRANDANUM Schmiedes / quod MARTINUM
 Westfal/mercimoniis quondam emundis vendundisque clarissimos *Wismariae*
 Viros, illum Proavum paternum à parte Avie paternæ, istum, Abavum paternum se-
 cundum à parte avi paterni, quod DOMINUM JOACHIMUM Schmiedes/
 Consulem olim *Wismariensem amplissimum*, Abavum paternum tertium à parte
 avie paternæ in imaginibus paternis numeraverit. Satis ad splendorem glori-
 amque Stemmatum Maternorum, Virgini Beatæ, quod in his Avum Virum
 Magnificum & eminentissimum, Dominum PROTASIIUM Marstaller /
 Jctum fidelissimum, & initio quidem, Serenissimi Pomeranorum Ducis BO-
 GISLAI XIV. inde Potentissimorum Ducum Mekleburgicorum DN. KA-
 ROLI, DN. JOHANNIS ALBERTI incomparabilium Principum excel-
 lentis & gloriosis. record. *Consiliarium status, & Cancellariae primarium*, quod
 Proavum GERVASIUM Marstaller Doctorem, Univers. Jenens. Professo-
 rem celeberrimum, Potentissimorum dein Ducum Brunsv. & Lunab. DN. HEN-
 RICI Junioris, & DN. JULII Illustris Acad. Helmsted. Fundatoris augustissi-
 mi, inclyt. memor. Archiatrum, cui quondam doctior orbi detulit in medicis fasti-
 bus imperium, quod Proavum Maternum à parte avie maternæ DN. NICOLAUM
 Schütten / Senatorem *Gustroviensem gravissimum*, quod Abavum paternum à par-
 te Avie materni DN. GERVASIUM Marstaller / Consulem *Neoburgensem in*
Brigoviâ meritorum publica famâ inclytum, tot adeo ac tanta nomina legere
 potuerit ac recensere. Satis ad utriusq; sanguinis venerationem ANNÆ MA-
 RIÆ fuit, tot fulgidissimarum progenitricum commune nomen ANNA,
 sub quo uno numerare integrum illi mortali erat, ex domo Schmieden Aviam
 paternam, ex domo Schütten Aviam maternam, ex domo Westfal Proaviam
 paternam à parte avi paterni, ex domo Krügeri Proaviam paternam à parte avie
 paternæ, ex nobilissimâ domo Stoislöwen / Proaviam maternam à parte Avie
 Maternæ, quibus si addatur unum haut minus pulchrum DOROTHEÆ,
 quondam sui sexus incomparabilis verèque divini doni, nomen, ex patriciâ apud
 Hallenses familiâ domove der Trenger (quæ nostræ ANNÆ MARIÆ fuit
 Proavia materna à parte avi materni) nihil equidem ampliorum imaginum ful-
 gidissimorumque stemmatum à nobis in transcurso justè quis desideraverit.
 Præiverunt omnia hæc nomina, mentibus suis cælo longo jam ordine re-
 cepta, ipsaque corpora suis conditoris illata expectant resurrectionem, in die
 illo omnium novissimo, quum æternus Dei Filius ὁ ἀρχαῖος ἔχων καὶ πάντα
 τῶντα καὶ νεκρῶς veniet jura factorum daturus, tum de monumento ad ul-
 timam turbâ refuscitatis, tum momento tunc immutatis. Sed ad proprias Vir-
 ginis opes verasq; laudes redimus. Illas in duodeties duodeni millibus servu Dei ob-
 signatu, inq; XII. tribus Israelis distribuitis c. VII. à v. 4. l. in illis 14000. habentibus
 nonen

namen Patris scriptum in frontibus suis, & emittit terra ut essent primitie Deo & agno sacrae Apoc. c. XIV, 1. 3. 4. magnus arcanorum Apocalypticorum contemplator Johannes, utrobique pares describens sanctorum exercitus, compendio designavit, dum de illis enunciavit: Hi non sunt inquinati. VIRGINES enim sunt. Et in choris quidem illis non censendi soli caelibes, multo minus sola sexu statuque virgines (qui jam olim multorum Patrum, & nunc Pontificorum error est) Dicantur Virgines: At tota Ecclesia unius Christi Sponsa Virgo pura est, & appellatur 2. Cor. XI, 2. Dicantur illi ipsi, non inquinati cum mulieribus, quia Virgines. At num fideles conjugati, sint inquinati & horum cubile pollutum? Id verò occupavit olim Paulus Hebr. XIII, 4. honorabile clamaans conjugium & cubile impolutum, & ex Paulo, in Nicæna, coelebs per omnem vitam Paphnutius, magnum instar & ingens conjugii sacerdotalis, ne Canone Synodico solveretur, retinaculum, pronuncians: σωφροσύνην καλήν τῆς νομίμου ζωμετῆς ἐκείνου τὴν συνέλευσιν ἢ legitimam Viri cum uxore sua consuetudinem esse præclaram continentiam. Quia excluderentur illis numeris omnes sexus Virgines, includerentur soli Mares caelibes, si sc. illi cum mulieribus non inquinati forent non nisi conjugati, & adeò ne sic quidem fuerint quoad litteram Virgines, quia mares. Neque verò illa prædicata: sequuntur agnum, sunt redempti ex hominibus, sunt primitie sacrae Deo & agno, sunt certi Ordinis vel solum caelibum: sed communiter Credentium. Discernantur illi numeris 144000. circumscripti sanctorum chori, ab aquis multis c. XIV 2. i.e. prout habetur c. VII. 9. à turba multa, quam numerare nemo poterat, adeò ut illi numerabiles beatis innumerabilibus contradistincti, non sint plenus vel universus omnium: sed particularis quorundam saltem creatorum sanctorumve chorus. Quid inde? Propterea hi, soli caelibes & conjugati, omnes illi innumerabiles? Atque exeunt hinc ad cœlum quotidie sine discrimine non conjugati solum: sed & Caelibes, pueri innuptæque puellæ, quin vel hi majori longè numero: ut sic hi potius dicendi fuissent innumerabiles, nisi forte in regno cœlorum plura æstimatur votum, quam pura virginitas, adeò ut dummodo votarius (etsi exoletus, & Dux gregis ipse caper) Virgo sit, & unus ex 144000, quo commento nihil absurdius in hos numeros Apocalypticos dici poterat. Discernantur sancti numerati ab aliis innumerabilibus. At non ut celibes vel celibatum professi à conjugatis: Sed ut excellentiores vel singulares quidam in communi illâ beatorum gloriâ ab aliis beatis, vel, quod modò ex collatione c. VII. adumbravimus, ut tempore N. T. ex certâ gente sc. natione Judæorum, sancti, à beatis omnium aliarum sub cœlo gentium, quorum innumerabilium comparatione, isti ἑν Δωδεκαφύλλῳ (postquam salvo tribuum numero excidit una tribus Dan) Sancti triumphantes, putatis in singulas tribus 12000. faciant summam plenam 144000. atque sic numerentur, pro quo facit, quod illa innumerabilia

merabilis turba stans ante thronum & numerus illi obsignatorum ex tribus con-
tradistincta memoretur fuisse ex omnibus gentibus, tribus, populis & linguis
c. VII. 9. & aquae multae (quomodo appellantur c. XIV. 2.) gentium potius
quam Judaeorum converforum designent multitudinem. Sed nec neces-
sitas cogit pronomen ἄτοι c. XIV. 4. ad solos restringere Obsignatos in fronte
f. numeros 144000. cum tam ad illos innumerabiles, quorum vocem ē cœlo
auditam sibi memorat Johannes, tanquam vocem aquarum multarum, &
tanquam sonum tonitruī magni v. 2. referre liceat, quam illos 144000. pro-
ximē v. 3. memoratos, sic ut universum de omnibus converfis & beatis, tum ex
Judæis, tum ex gentibus enunciatur illud in v. 4. Virgines sunt: prout ex æquo
cetera: Sequuntur agnum; sunt primitia sacra Deo & agno. Canant illi 144000.
Canticum ante thronum. At non canunt soli: Canunt etiam alii beati. Imō
c. VII. 9. 10. Turba illa innumerabilis clamat voce magnā: Salus insidenti throno
& Agno. Cap. XIV. innumerabiles illi aquis multis comparati, à numeratis il-
lis distincti, leguntur canere Canticum novum ante thronum. Nec habetur
in textu Græco οὐδεὶς ἠδύνατο ἀδῆν i. e. nemo poterat canere s. dicere can-
ticum præter illos 144000: Sed οὐδεὶς ἠδύνατο ᾄδειν i. e. nemo poterat di-
scere Canticum illud. Cecinerant quippe illi innumerabiles. post quos
ante thronum jam canentes, non supererant qui canere possent,
nisi illi Conscripti numero 144000. Sancti, ut tamen haud scribatur
in Apocalypsi, cecinisse, multò minùs hos solos cecinisse, & hoc cantici privile-
gium virginitatis vel caelibatus votivi merito, sive præmium, sive mercedem judi-
cio cœlesti deputatum fuisse, imò non legatur in textu, vel, hos solos potuisse
dicere: sed hos solos (post illos innumerabiles jam canentes) potuisse discere
canticum illud novum ab aquis multis s. credentibus ex omnibus gentibus, tribus,
linguis, jam decantatum ante agni thronum, & licet ἐκ τῶν ἑοσιῶν daretur, illos non
inquinatos cum mulieribus inquinatis cum mulieribus, contradistingui, ut bea-
ros beatis, & olim inquinatos dari in turbā illā magnā: non inquinatos autem esse
solos illos 144000. obsignatos. & hos paucos, tamen hi ipsi non numerentur, nec
pauci æstimentur comparatione credentium Universitatis: sed ingentis Judæo-
rum Apostatarum multitudinis, inquinatæ non tam cum muliere unā (illā
Idololatriā, quæ vocatur fornicatio Babylonica) quam cum mulieribus i. e. more
pollutarum mulierum, ut taceamus quod nec ipsi Judæi olim abstinuerint ido-
lolatriis ethnicis, & in has maxima gentis pars jam dudum transverit. Et
sic penitus profligatur interpretamentū: hujus sanctissimi oraculi apocalypsi-
ci Monastico-papisticum, velut criminis falsi manifestum, ut mirum ipsum
Bellarminum, non veritum lib. 2. de Monachis c. 9 pro discere constanter lege-
re dicere (non equidem sine autoritate suæ Latine Vulgatæ, etsi in hac non
deest nobis Codex, in quo aperte legitur discere) & in illo se mirifice efferre,
quod

quod (1.) 144000. soli appellentur VIRGINES, quod (2.) illi canant canticum, & quidem (3.) soli, sic ut idem nulli alii beatorum possint canere, quod (4.) pauci isti, Virgines, pauci sc. si cum illâ turbâ magnâ sanctorum comparentur, quæ præ multitudine numerari non poterat, hoc ipsum canendi cantici privilegium acceperint in singulare Virginitatis terrestris præmium, quod (5.) cum major pars sanctorum fuerit immunis ab Idololatriâ, hi pauci sint Virgines, iidemque non dicantur, non coinquinati cum muliere (Babylonicâ sc. meretrice) sed cum mulieribus, quæ quidem Papisticæ noctis opaca evanescent ad Phosphorû ex ipso Sancti Spiritus oraculo revelatum. Probandum erat, illos 144000. esse paucos. Probandum sanctorum aliquando cadentium fuisse paucos, stantium autem plurimos. Probandum non inquinatos, beatos, non opponi inquinatus damnatis: sed inquinatis beatis. Probandum non inquinatos opponi inquinatis, non respectu certæ gentis: sed credentium universitatis. Probandum, solos illos 144000. canticum ante thronum canere, & hoc ex privilegio virginitatis vel terrestri cœlibatus illis datum esse Licet autem illi 144000. non sint soli Virginû cœlibumve (quos sic seculi vocabulis appellamus) chori, ingens tamen hic ab ipso S. Spiritu panditur & præcellentiæ virginitatis & decori Virginalis documentum. Tanti pura virginitas est æstimata Cœlo, ut ipsi fulgidissimo Beatorum & primitiarum Deo & Agno sacrarum choro, ipsi candidato 144000. inscriptorum in frontibus suis nomen Agni vel Patris, exercitui tribuatur Virginum nomen, & illorum sanctissimam puritatem elocuturus Spiritus, compendioq; usus, duobus vocabulis summam expresserit: VIRGINES SUNT. Neq; verò alio id sensu quàm ut ostenderet, quid Virginum maximè ætatem floremque deceret, quod quidem præcipuè est, non seculi illecebris, non amoribus impuris, non incestis quibuscunq; delitiis, inquinari, vel ab amore unius dilecti candidi & rubicundi, cujus vexillum, inscriptum est: AMOR Cant. II. 4. abripi: Solum, illum qui de latere Crucifixi profluxit ruborem sectari, missisque seculi vanitatibus & dedecorum pretiosis apparatus illo ornatu non nisi externo in cinctu eleganter innodatu, in auro circumposito, in palliorum amictu, de occulto cordis homine in conspectu Dei pretioso. I. Pet. III. 3. 4. sollicitas esse, & agnum sequi, quo unq; jerit, agnum, inquam, qui clamat: Beati mundi corde, quoniam Deum videbunt, & iterum: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Neque aliæ fuerint illæ Philippi Evangelistæ, non Apostoli illius Matth. X. 3. & ad eò unius cu r dōdēna: sed Diaconi Samaritanorum & in viâ Damascenâ Dynastæ Æthiopi, Evangelistæ, & sic unius cu r ē π r a vid. Act. VI. 5. c. IIX. 5. 26. c. XXI. 8. Filie, quas proinde Sanctus ille Spiritus in felicissimis N. T. temporibus (prout prædictum erat in Joele) esfundendus super Juvenes & Virgines, super servos & super ancillas, in ipso ætatis flore afflaverat, donoq; prophetiæ illustraverat, unde ingens illud encomiû, Virginibus omnibus (quæ iudicio cœlesti, non sunt nisi non inquinata) exemplum:

Philippo

Philippo erant quatuor Filiae Virgines Prophetantes. Erant, priscais temporibus tales quoque nostrae Germanorum Virgines ac Feminae illustres, de ipso scripturarum authentico, de arce veritatis Hebraicae cum Hieronymo, etsi ingentibus terrarum marisve intervallis discreto, per epistolas collocutrices, quales tum aliae illae Principia, Hedibia, Marcella, Asella, tum ex nostrâ Germania Sunia & Fretella, adeo ut ad harum eruditissimas Graeco Latioque sermone literas de sensu Fontium Hebraicorum, & horum cum Graecâ versione, LXX. Interpretum consonantiâ, consultrices sibi in Asiâ exhibitas, Hieronymus. Quis hoc crederet, ut barbarâ Getarum lingua Hebraicam quaereret veritatem, & dormitantibus, imò contemnensibus Graecis ipsa Germania Spiritus S. eloquia scrutaretur, intonerit: opusque habuerit contra criminatores Apologiam scribere, quod fragiliorem sexum per reciprocas Epistolas ipse maribus praeferret. vid. Epist. 140. Ita (proh torporem nostrum!) Germania sub ipso Paganismi regno Virgines habuit Prophetantes, quae sub ipso fulgidissimo Crucifixi signo, habet non solum non illis Linguarum Consulendorumque fontium adminiculis, instructas: sed & de thesauris illis caelestibus parum sollicitas: neque alio magis fonte derivata clades in patriam populumque fluit quam quod

Motus doceri gaudet Ionicos.

Matura Virgo & fingitur artibus.

Jam nunc & incestos amores

A tenero meditatur ungui.

Mox juniores quaerit adulteros.

Inter mariti vira, neque eligit.

Cui donet impermissa raptim

Gaudia, luminibus remotis.

Quin jussa, coram, non sine conscio

Surgit marito, seu vocat insitor

Seu navu Hispaniae Magister

Dedecorum pretiosus emsor.


Ceterum hanc fundi nostri calamitatem perfringere prolixè, vetat Programmatis angustia. Vocat nos ex Tumulo ANNA MARIA, de qua renata, & sub Parentum, ac post hos terris ereptos, Matertera Nobilissima SOPHLE Marstallers/ Jcti olim Excellentissimi DN. JOACHIMI GEISMARI viduae laudatissima Oculo accuratissimâ lege, ad omne praecellentis Virginitatis decus conformata, verè magnificeque dici poterat, quod virtutum alias imitata sit, alias superaverit & exemplum plurimarum fuerit. Commendat Nazianzenus sororem Theosebiam mortuam, quod fuerit Ecclesiae decus, quod Christi ornamentum, quod & formosissima, & verè sacra, immortalibus columnis digna, & brevitatem excusaturus: Hic, inquit, sermo etsi brevis, tamen ad illius sui usum honestandum, satis amplus & copiosus est. Fuit verè Theosebia talis, Beata nostra, cujus non aliae fuerunt castissima delicia, quam verbi divini, Mensaeque Dominicae nectare pasci. Thesaurus illius in abscondito erat, sic tamen ut non latere eum, qui quid in abscondito rerum geratur pervidet, & ipsa, quod praecclarissimum est, non tam VIRGO sancta videri, quam reverà esse studeret. Unus illi rubor placebat, quem pudor affert: unus candor, quem pa-


rit

rit abſtinentia. Subiverat jamdiu corruptentis ſeculi tædiū, occuparātq; de-
 ſiderium ingens cœleſtis perennaturi. Exivit illo, anteqvam exivit. Hinc il-
 la ad inſtar *cervæ glocitantis ad alveos aquarum*, ſanctiſſima noſtræ deſideria
 morbi præprimis, qui præter ſymptomata non niſi Endemius nobis deſigna-
 tur *ſcorbutus* ſc. (de quo in amuleto Antoniano Follinūs p. 6. *ſcorbutus* inquit
*morbus gingivis inimicus, propter aeris maritimi corruptionem celeberrima Germa-
 niæ emporia Hamburgū & Roſtochium carnificat*) tempore. Optavit diſſolvi &
 cum Chriſto eſſe, quin cenſeri voluit illius in Cantico ſponſæ propoſito teſta-
 tā: *ſe non dimiſſurum Chriſtum ſemel apprehenſum*. Fidentem ſe animi oſten-
 dit, dum illud: *πείσομαι* Paulinum, in morbo artem medicam ſuperante,
 in ipſā noviſſimā pugnā, non ſemel intonuit, profeſſa, non, quicquid
 eſt ſuperorum ſive inferorum, non Diabolū ipſum ſeparare ſe poſſe à dilecti-
 one Jeſu. Et inter hæc meditaſſenta, in his gemitibus *ἀλαλήτῳ* defecit, ani-
 mamqve modò Corporis & Sanguinis Dominici Sacramento, operante ſacris
 Viro pl. Rev. Excellentiſſimo DN. HENRICO MULLERO SS. Theol. D. Prof.
 celeberr. & Antiftite Mariano, confirmatam d. XI. Julii hora 9. antemerid.
 placidè exhalavit, cum noviſſima eidem morituræ ſtereomata ex divinis
 oraculis inſonuiſſet Vir Reverendus & Clariff. DN. M. PROTASIVS Beſelinus
 Paſtor Petrinus fidelis: & beatæ avunculus æſtimatiſſimus. Ita, dum Ter-
 ris occidit noſtra, Cœlo inchoavit. Acclamat eadem brevis ævi: ſed matura
 cœlo Virgo nobis: jubet *ea quæ à Tergo ſunt obliſci, ad ea verò, quæ à fronte
 ſunt contendere, ad brabeum ſupremæ vocationis*. Acclamat Virginibus,
 acclamat Juvenibus, ut miſſis vanitatibus ejuratiſque ſeculi inquina-
 mentis, *ſequantur agnum*, & id agant, ut *canant canticum novum ante agnè
 thronum*. Confirmat ad pugnam. Promittit ſuo exemplo vincenti
 coronam. Agnoſcit mortalitatem ſibi non peſtem: ſed ſalutarem exceſſum,
 eſſe. Monet, ut Chriſtum ſequamur omnes, ut ejus Sacramento & ſigno
 cenſeamur, ut cum Chriſto ſemper vivamus, & facti per ipſum filii Dei cum
 ipſo ſemper exultemus. Sequamur læti Virgines Virginem! Non enim non
 poteſt ſemper eſſe lætus, qui cum morti eſſet æternæ obnoxius, per Chriſtum
 factus eſt de beatâ immortalitate, de reſurrectione & vitâ æternâ ſecurus!
 HOC AGAMUS: ſed & floridiſſimæ nuper Virginis exequias, quantâ
 decet, frequentiâ celebremus! P. P. Roſtochii d. XVI. Jul.
 a. cl. Ioc LXIX. ſub ſigillo Rectoratus.

Conventus erit in templo Mariano circa
 horam mediam 2. pomerid.









Philippo erant quatuor Filie Virgines Prophetantes. Erant tales quoque nostræ Germanorum Virgines ac Feminæ purarum avhenthico, de arce veritatis Hebraicæ cum Hieribus terrarum marisve intervallis discreto, per epistolum aliæ illæ Principia, Hedibia, Marcella, Asella, tum Sunia & Fretella, adeo ut ad harum eruditissimas Grammaticas de sensu Fontium Hebraicorum, & horum LXX. Interpretum consonantiâ, consultrices sibi intereronymus. Quis hoc crederet, ut barbara Getarum vererit veritatem, & dormitantibus, imò contemnens Græcæ eloquia scrutaretur, intonuerit: opusq; habuerit de philologia scribere, quod fragiliorem sexum per recipere præferret. vid. Epist. 140 Ita (proh torporem nostrum Paganismi regno Virgines habuit Prophetantes, quæ sub cifixi signo, habet non solum non illis Linguarum Cognitionem adminiculis, instructas: sed & de thesauris illis cœlestibus: neque alio magis fonte derivata clades in patrum quàm quod

Motus doceri gaudet Ionicos.

Matura Virgo & fingitur artibus

Jam nunc & incestos amores

A tenero meditatur ungvæ.

Mox juniores quærit adulteros.

Inter mariti vicia, neque eligit.

Cæterum hanc fundi nostri calamitatem perstringens grammatis angustia. Vocat nos ex Tumulo ANNA M. & sub Parentum, ac post hos terris ereptos, Matertera Marcellæ / J. Cti olim Excellentissimi. DN. JOACHIMII laudatissimæ Oculis accuratissimâ lege, ad omne præsertim conformata, verè magnificeq; dici poterat, quod sit, alias superaverit & exemplum plurimarum fuerit. Cuius sororem Theosebiam mortuam, quod fuerit Ecclesiæ ornamentum, quod & formosissima, & verè sacra, immo & brevitatem excusaturus: Hic, inquit, sermo est breviter honestandum, satis amplus & copiosus est. Fuit verò nostra, cuius non aliæ fuerunt castissimæ delitiæ, quàm Dominica nectare pasci. Thesaurus illius in abscondito latere eum, qui quid in abscondito rerum geratur præclarissimum est, non tam VIRGO sancta videri deberet. Unus illi rubor placebat, quem pudor avertit: u-

Cui donet in

Gaudia, lum

Quin jussa, corat

Surgit marito,

Seu navæ His

Dedecorum p

poribus
ipso scri
ngenti
, qvales
ermania
ermone
rsione
tas, Hi
m qua
nia Spi
tores A
maribus
sub ipso
no Cru
ve fon
a solici
que fluit

tat Pro
â renatâ,
OPHIE
RI viduæ
tis decus
imitata
azianze
d. Christi
is digna,
us fur us
is, Beata
Menæq;
ut nom
sa, quod
esse stu
nem pa
rit

